

licitum, tum quia ex charitate processit, tum quia Deus illud remunerat, edificando eis domos. Sic Cassian. collatione 17, docet, licere mentiri vel mali vitandi, vel lucri acquirendi causa; verbi gratia, ad acquirendam humilitatem. Idem docet Beda in 1 Regum 21, et Clemens lib. 7 Strom., et Origenes sh. 4 cont. Cels.; qui hunc errorem hausisse videntur a schola Platonicis, cujus hæc est sententia, lib. 3 de Reipub. *Mendacio, licet re mala, utendum tamen est quandoque, tanquam elibero et medicamine; ergo et principes urbium, et si quibus aliis hoc conceditur, oportet aliquando mentiri, vel contra hostes, vel pro patria et civibus; ab aliis vero qui mendacio uti nesciunt, auferendum est omne mendacium.* Idem videtur sentire S. Chrysost. hom. 53 in Gen. et S. Hieron. in c. 2 ad Galat. Sed hi duo pie excusandi sunt, quod per mendacium intelligant simulationem, vel dissimulationem. Certum enim jam adeoque de fide est, omne mendacium esse peccatum et illicitum; patet id Prov. 12, 12: *Abominatio est Domino labia mendacium.* Inò S. Scripsit per mendacium, significat omnem impietatem, et pravaricationem, ut Jerem. 8, 6 et 10; Osee 7, v. 4; sicuti è contrario per veritatem, significat omne officium et debitum virtutis; ut patet Joan. 8, 44, Ephes. 4, 15, psal. 118, v. 50, 86, 160. Secundò, quia hæc sententia definita est ab Innoc. III, tit. de usuris, c. *super eo.* Ratio est, quia mendacium est intrinsecè malum; tum quia repugnat veritati aut potius veritati; tum quia in se turpe est homini fallere, et contra mentem suam loqui. Vide S. Aug. lib. de mend. et lib. contra mendac., quem constanter omnes theologi sequuntur.

Dices: Mendacium hoc processit ex charitate. Respondet: Charitas nunquam dicitur esse maleficiendum, ac consequenter necesse mentendum, ut proxis proximo; charitas enim et veritas sorores sunt; mendacium ergo hoc non ex vera charitate, sed ex inordinato obstrictum amore, vel timore processit.

Dices secundò: Deus præmiavit hoc earum mendacium, edificando eis domos.—Respondet S. Aug. lib. contra mend. c. 19 et seq., hoc præmium eis datum esse, non quia mentite sunt, sed quia in homines Dei misericordes fuerunt; non est itaque in eis remunerata fallacia, sed benevolentia; benignitas mentis, non iniquitas mentientis; et propter illud bonum Deus etiam huic malo ignovit. Idem dico de Raab, Josue 2, v. 5. Idem docet S. Greg. lib. 18 Mor. c. 2, ubi addit, ob hoc mendacium, præmium earum aeternum conversum esse in temporale. Verum hoc parùm est probabile; peccatum enim veniale, quale erat hoc mendacium officiosum, non potest invertere charitatis actum, et meritum vite æternæ.

Errat ergo, inò blasphemat Calvin. dum hinc docet, Deum virtutes, licet aliquà sordium mixtura inquinatas, in pretio habere, et mercede ornare, ac si puræ essent; quod ex altero suo principio, non minus impio, deducit, nullum ita sanctum et absolutum esse opus, cui non adhaereat aliquid macula; neque enim hic actum mendacii vitiosum probavit, aut remuner-

tus est Deus, quod blasphemum est cogitare; inò et impossibile, et contra naturam rerum, ut scilicet virtus vitio inquinata sit, aut à lucidissimo illo Dei oculo judicetur habeaturque virtus. Præmiavit ergo Deus non mendacium, sed alios pietatis, misericordiae, timorisque Dei actus; ut expressè ait Moses v. 20, qui à priore actu mendacii planè distincti erant: multos enim hæc obstrictores in hæc infantium tutelâ elucere actus, alios bonos, alios malos.

Instabis: Quid ergo faciendum erat his obstrictibus; quid Pharaoni urgenti respondendum?—Respond.: Aut à facie ejus fugiendum erat et latendum; aut artificio aliquo tegenda erat veritas, non neganda; aut certè, quod ait S. Augustin. c. 17 lib. contra mend., *liberrimè recusandum, et moriendum erat potius pro innocentissimâ veritate.*

VERS. 21.—EDIFICAVIT EIS DOMOS. Ita Hebr., Chald. et Latina; quin et 70, habent enim *ἐκδοξασάν* (sic enim legendum videtur, non *ἐκδοξασάν*). Perperam ergo olim legebatur *ἐκδοξασάν*, id est, fecerunt, quomodo legit August. vertens, *fecerunt sibi ipsis domos*, munitas scilicet, in quibus ab incurso Ægyptiorum, quorum mandata contempserant, se tuerentur: hoc enim eas fecisse non est probabile. *Edificavit* ergo, non Pharaon, sed Deus quem timebant, eis, non Hebræis, ut vult Calvinus, sed obstrictibus quæ familiarum Deum: hoc enim exigit series orationis quæ in obstrictum mercedè describendâ occupatur, ac 70 qui vertunt *αὐτοῖς*, et Chaldeus, qui vertit *lahen*, femininè: licet enim in Hebræo sit pronomen masculinum *lahem*, tamen illud per eaalligen Hebræis familiarum, ponitur pro feminino *lahen*, ut fit et c. 15, 20 et alibi. Sic vice versâ, femininum ponitur pro masculino Ruth. 1, v. 13, et 2 Reg. 4, v. 6. Utitur autem Moses hic masculino pro feminino, quia femina et familie à viris nomen accipiunt, inquit Vatabl.

Quænam hæc domus? Hebræi, ut dixi v. 13, putant Mariam nupsisse Caleb, et accepisse domum regiam, Joababed verò accepisse domum sacerdotalem; sed insulse; Josephus enim ait Mariam nupsisse non Caleb, sed Hur, et domus regia fuit in familiâ Davidis, quæ non ex Caleb, sed aliunde descendit. Secundò, R. Kimchi: *Fecit eis domos*, id est, inquit, abscondit eas à Pharaone et in tuto collocavit. Tertio, Lyran: *Fecit eis domos*, id est, junxit eas matrimonio primariis Hebræis, et inter eos illustres dedit eis proles et familias. Verum hoc gratis et conjectando dicitur: non enim ait Scriptura Deum fecisse eis domos Hebræorum, vel inter Hebræos, sed absolutè domos. Quarto, Rupertus et S. Hieron. in 65 Isaia, per domos mansiones in caelis accipiunt: de quibus ait Christus Joannis 14: *In domo Patris mei mansiones multe sunt.* Censent ergo hi Patres has obstrictores meruisse præmium vite æternæ; idem sentit D. Thomas 2-2, q. 110, a. ult. Habuerunt enim verum actum timoris Dei, quod Deus sunt reverte, et pro Deo se mortis periculo exposuerunt; hic autem actus timoris est supernaturalis et meritorius vite æternæ. Hoc verum est, sed huic loco impertinens: nec enim *edificavit domos*, significat in-

Script. dare præmium vite æternæ. Quintò, probabilitus S. August. et Theodor. sic explicant: *Edificavit eis domos*, id est, auxit eis rem familiarem, dedit eis opes et rerum temporalium abundantiam: sic enim ait Jacob ad Laban Gen. 30: *Justum est ut aliquando provideam domui meæ; pro quo Hebræa habent: Quando faciam et ego mihi domum?*

Sextò et optimè, *edificavit eis domos*, id est, dedit eis prolem et progeniem numerosam, divitem, honoratam, insignem, longævam et diuturnam. Hæc enim quinquè maximè nobilitant proles: hebr. enim filius vocatur *ben*, à rad. *bana*, id est, edificavit, quòd filius sit quasi fabrica et domus patris, quòdque filii perse perque suos filios quos generant, patris familiam instar domus ædificant. Vide dicta v. 1. Nota. Congrua fuit hæc merces, ut quo proles Hebræorum servaverant, prolibus bearentur.

Rursùm meruerunt hæc obstrictores etiam vitam æternam, uti dixi: sed in veteri Testamento Deus illud celeste præmium non solet exprimere, quia Judæis rursùm et carnalibus ferè tantum proponit premia temporalia, eaque quinquè: primò, longitudinem vite; secundò, amplam et claram posteritatem; tertio, opulentiam; quartò, potentiam et dominium; quintò, victoriam inimicorum. Expressa enim regni cœlestis et vite æternæ promissio propria est novi Testamenti et Evangelii Christi, ait S. Hieron. ad Dardanum.

VERS. 22.—PRÆCIPUIT ERGO OMNI POPULO. Præceptum hoc infantididi tantum latum est in masculo Hebræorum ut patet ex præcedentibus. Unde mirum est Cajet. illud ad Ægyptios quoque extendere. Tertius hic tyrannidis, publicè jam in Hebræos grassantis, fuit gradus. Verisimile est, hoc edicte tum inhumannè exhoruisse Ægyptios, ac proinde vix usu receptum ac paulò post neglectum abolitumque fuisse. Tornielus censet illud revocatum fuisse statim post Amenophis, qui illud staterat, mortem, quam cum Eusebio consignat anno Mosis quarto.

CAPUT II.

1. Egressus est post hæc vir de domo Levi: et accepit uxorem stirpis suæ,

2. Quæ concepit et peperit filium; et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.

3. Cùmque jam celare non posset, sumpsit fscellam scirpam, et linivit eam bitumine ac pice; posuitque intus infantulum, et exposuit eum in carecto ripæ fluminis,

4. Stantè procul sorore ejus, et considerante eventum rei.

5. Ecce autem descendebat filia Pharaonis ut lavaretur in flumine, et puella ejus gradiebatur per crepidinem alvei. Quæ cùm vidisset fscellam in papyrione, misit unam è famulabus suis; et allatam

6. Aperiens, cernensque in eâ parvulum vagien-

Tropolog. Origen. hom. 1, et ex eo S. August. serm. 84 de temp.: *Anima*, inquit, *nostra aut à legitimo rege regitur, aut à tyranno vastatur.* Regem designat Pharaon, qui non noverat Joseph, quique Hebræos in operibus lateris et luti afflicxit. *Si enim, Deo adjuvante, piè vivimus, si de charitate, de misericordiâ, de patientiâ, penitentia, etc., cogitamus, licet adhuc in Ægypto, id est, in carne, simus, tamen à Christo rege gubernamur; et ipse regit nos in luto, latere, sed non consumit, nec nos curis terrenis vel nimis sollicitudinibus atterit et affligit. Si verò anima nostra exierit declinata e à Deo, inhonesta sectari, tunc subdit colla tyranno (demoni) qui alloquitur gentem suam, id est, corporis voluptates, ut mare Hebræorum occidat, finibus reservent. Vult enim diabolus in nobis sensum rationabilem ac Deum viventem extinguere, et quæ ad concupiscentiam carnis pertinent reservari. Hic ergo Pharaon cogitans ad opera sua, non justitie, sed iniquitati servire; ipso faciet laterem sibi operari et lutum: ipse te sub præpositis magistris et compulsoribus ad opera terrena et luxuriosa plagis et verberibus ager: ipse est qui te facit discurrere per seculum, maris ac terræ elementis pro cupiditate turbari: ipse est rex Ægypti, qui te forum pulsare litibus facit, et pro exiguo terree caspille propinquas jurgis fatigare: ipse est qui tibi persuadet luxuriâ castitatis insidiri, decipere innocentiam; in domum tuam quæ sunt fœda, foris quæ sunt crudelia, intra conscientiam quæ sunt flagitiosa committere. Si ergo tales videris esse actus tuos, scito te regi Ægypti militare, id est, non Christi, sed diaboli spiritui agi.*

Allegor. de SS. Innocentibus ab Herode cæsis, quæ, quasi pretiosa grana dùm sata sunt et mortua, seges multa surrexit Ecclesie, habet Prosper de Promiss. et Prædic. Dei p. 1, c. 33.

Denique Anagog. Rupert. : Crucis, ait, vexillo et tribulatione, fortiores fimus demone, addimur angelis, egredimur de terrâ; quia cœlum nos expectat.

CHAPITRE II.

1. Quelque temps après naquit Moïse; sa naissance arriva de cette sorte. Un homme de la maison de Lévi, ayant épousé une femme de sa tribu,

2. Sa femme, qui avait déjà eu des enfants, conçut de nouveau en ce temps-là, et elle enfanta un fils; et voyant qu'il était extrêmement beau, elle regarda cette beauté extraordinaire, comme une marque que Dieu avait quelques grands desseins sur cet enfant; ainsi elle le cacha pendant trois mois, sans craindre l'édit du roi.

3. Mais comme elle vit qu'elle ne pouvait plus tenir la chose secrète, elle prit un panier de jonc, et l'ayant enduit de bitume et de poix, elle mit dedans le petit enfant, l'exposa parmi des roseaux sur le bord du fleuve, de peur qu'il ne fût emporté par le courant de l'eau,

4. Et fit tenir sa sœur loin de là, pour voir ce qui en arriverait.

5. En ce même temps, la fille de Pharaon vint au fleuve pour se baigner, accompagnée de ses filles qui marchaient le long du bord de l'eau. Et ayant aperçu ce panier parmi les roseaux, elle envoya une de ses filles qui le lui apporta.

6. Elle l'ouvrit, et trouvant dedans ce petit enfant qui criait, elle fut touchée de compassion, et elle dit :

tem, miserta ejus, ait : De infantibus Hebræorum est hic.

7. Cui soror pueri : Vis, inquit, ut vadam, et vochem tibi mulierem hebræam, quæ nutrire possit infantulum ?

8. Respondit : Vade. Perrexit puella et vocavit matrem suam.

9. Ad quam locuta filia Pharaonis : Accipe, ait, puerum istum, et nutri mihi; ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier et nutritivum puerum; adtutumque tradidit filie Pharaonis :

10. Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus Moyses, dicens : quia de aqua tuli eum.

11. In diebus illis postquam creverat Moyses, egressus est ad fratres suos : viditque afflictionem eorum, et virum ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratris suis.

12. Cumque circumspexisset huc atque illuc, et nullum adesse vidisset, percussum ægyptium abscondit sabulo.

13. Et egressus die altero conspexit duos hebræos rixantes; dixitque ei qui facebat injuriam : Quare percitis proximum tuum ?

14. Qui respondit : Quis te constituit principem et iudicem super nos ? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti ægyptium ? Timuit Moyses et ait : Quomodo palam factum est verbum istud ?

15. Audivitque Pharo sermonem hunc et querens occidere Moysen : qui fugiens de conspectu ejus, moratus est in terrâ Madian, et sedit juxta puteum.

16. Erant autem sacerdoti Madian septem filiae, quæ venerunt ad hauriendam aquam : et impletis canalibus adquare cupiebant greges patris sui.

17. Supervenere pastores et ejecerunt eas; sur-rexeratque Moyses et defensus puellis, adaquavit oves earum.

18. Quæ cum revertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas : Cur velociter venistis solito ?

19. Responderunt : Vir ægyptius liberavit nos de manu pastorum : insuper et hausit aquam nobiscum, potumque dedit ovibus.

20. At ille : Ubi est ? inquit. Quare dimisistis hominem ? vocate eum ut comedat panem.

21. Juravit ergo Moyses quod habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam ejus uxorem :

22. Quæ peperit ei filium, quem vocavit Gersam dicens : Advena fui in terrâ alienâ. Alterum verò peperit, quem vocavit Eliezer, dicens : Deus enim patris mei adjutor meus eripuit me de manu Pharaonis.

23. Post multum verò temporis, mortuus est rex ægypti; et ingemiscerent filii Israel, propter opera vociferati sunt; ascendente clamor eorum ad Deum ab operibus.

24. Et audivit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac et Jacob.

25. Et respexit Dominus filios Israel, et cognovit eos.

c'est un des enfants des Hébreux que l'on a exposé ainsi.

7. La sœur de l'enfant s'étant approchée, lui dit : Vous plaît-il que je vous aille quêrir une femme des Hébreux qui puisse nourrir ce petit enfant ?

8. Elle lui répondit : Allez. La fille s'en alla donc et fit venir sa mère.

9. La fille de Pharaon lui dit : Prenez cet enfant et me le nourrissez, et je vous en récompenserai. La mère prit l'enfant et le nourrit; et lorsqu'il fut assez fort, elle le donna à la fille de Pharaon.

10. Qui, n'ayant point d'enfant, l'adopta pour son fils; et le nomma Moïse, parce que, disait-elle, je l'ai tiré de l'eau.

11. Lorsque Moïse fut devenu grand et qu'il eut quarante ans, il sortit de la cour de Pharaon, pour aller voir ses frères; et vit l'affliction où ils étaient, et il trouva que l'un d'eux, Hébreu comme lui, était outragé par un Égyptien.

12. Alors, sachant que Dieu l'avait choisi pour délivrer son peuple des mains des Égyptiens, il regarda de tous côtés, et ne voyant personne auprès de lui, il tua l'Égyptien et le cacha dans le sable.

13. Le lendemain il trouva deux Hébreux qui se querellaient, et il dit à celui qui outrageait l'autre : Pourquoi frappez-vous votre frère ?

14. Cet homme lui répondit : Qui vous a établi sur nous pour prince et pour juge ? Est-ce que vous voulez me tuer, comme vous tuâtes hier un Égyptien ? Moïse eut peur, et il dit : Comment cela est-il découvert ? car il croyait que personne ne l'avait vu.

15. Cependant Pharaon, en ayant été averti, cherchait à faire mourir Moïse, mais il s'enfuit de devant lui; il se retira au pays de Madian dans l'Arabie-Pétrée, et y étant arrivé, il s'assit près d'un puits pour se reposer.

16. Or, il y avait à Madian un prêtre du Dieu très-haut, qui avait sept filles, lesquelles étant venues pour puiser de l'eau à ce puits, et en ayant rempli les canaux, voulaient faire boire les troupeaux de leur père.

17. Mais des pasteurs étant survenus, es chassèrent. Alors Moïse se levait et prenant la défense de ces filles, fit boire leurs brebis.

18. Lorsqu'elles furent retournées chez Raguel leur père, il leur dit : Pourquoi êtes-vous revenues plus tôt qu'à l'ordinaire ?

19. Elles lui répondirent : Un Égyptien nous a délivrés de la violence des pasteurs, et il a même tiré de l'eau avec nous, et a donné à boire à nos brebis.

20. Ou est-il ? dit leur père. Pourquoi avez-vous laissé aller cet homme ? appelez-le, afin que nous le fassions manger, et que nous tâchions de l'engager à demeurer avec nous.

21. Moïse étant donc entré chez cet homme, et ayant entendu les propositions qu'il lui fit, les accepta et lui jura qu'il demeurerait avec lui. Il épousa ensuite sa fille Séphora.

22. Et elle lui enfanta un fils qu'il nomma Gersam, en disant : J'ai été voyageur dans une terre étrangère. Elle eut encore un autre fils qu'il nomma Eliezer, en disant : Le Dieu de mon père, qui est mon protecteur, m'a délivré de la main de Pharaon.

23. Longtemps après, le roi d'Égypte qui voulait faire mourir Moïse, mourut lui-même; et les enfants d'Israël gémissant sous le poids des ouvrages qui les accablaient, crièrent vers le ciel, et les cris que tirait d'eux l'excès de leurs travaux, s'élevèrent jusqu'à Dieu.

24. Il entendit leurs gémissements; et se souvint de l'alliance qu'il avait faite avec leurs pères, Abraham, Isaac et Jacob.

25. Et le Seigneur regarda favorablement les enfants d'Israël; et il les reconnut pour son peuple, et fut touché de leurs maux.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — EGRESSUS EST POST HEC VIA DE DOMO LEVI. Vir Levita, vir de posteris Levi : fuit hic Amram filius Caath, nepos Levi, pronepos Jacob, pater Moysi. Alexander Polyhistor, apud Euseb. lib. 9 de Prepar. Evang. c. ult., tradit Amram natum esse 14 annis ante mortem Joseph, id est, 57 post ingressum Jacob in Ægyptum; ac consequenter anno ætatis 77 genuisse Moysen, obiisseque annis 20 ante egressum Hebræorum ex Ægypto : vixit enim ipse 137 annis, ut patet c. 6. Eusebium tamen in Chronico ait Moysen natum anno Amram 70 non 77.

ET ACCEPTIT UXOREM STEREPIS SUE. Hebr. est, accepit filiam Levi. Fuit hæc Jochabed mater Moysi, quæ pariter Numer. 26, 59, vocatur filia Levi. Unde Abulens. putat Jochabed verè et propriè fuisse filiam Levi, et amitam Amram mariti sui; ita ut Levi agens 140 annum generit in Ægypto Jochabed; hæc autem eùm esset annorum 68 genuerit Moysen, qui 80 vitæ suæ anno eduxit populum. Lege enim naturæ matrimonium amice cum nepote non est absolutè vetitum, sed tantum legè positivâ, quæ tum necdum erat lata, sed postea Levit. 18. Sic ergo Moyses per matrem fuit nepos, per patrem pronepos Levi.

Verum verius est Jochabed non fuisse filiam, sed neptem Levi; nec amitam, sed consobrinam Amram : id enim expressè docet noster interpres c. 6, v. 20, ubi eam vocat patruelam Amram, et Septuag. ibidem, qui eam vocat patruam Amram filiam, et Chald. qui eam vocat amitam Amram filiam. Quòd ergo hic et Num. 26 vocatur filia Levi, intelligi fuisse Levitidæ, sive oriundam è stirpe Levi, ut vertit noster interpres : sic enim vocatur filia Juda, quæ ex Juda sunt oriunda. Ita Vatabl., Perer, et alii. Addit enim hoc Moyses, tum ut constet Moysen et Aaron tam materno quàm paterno genere fuisse Levitas, tum ut significet Hebræos jam tum cepisse contribules suas docere, itaque Deum suaviter tribum distinctionem jam tum inchoasse.

Facessat ergo Calvinus convicium, Moysen incestuoso matrimonio progenitum esse.

VERS. 2. — QUÆ CONCEPIT ET PEPERIT FILIUM, MOYSEN. Addit Josephus Amram patrem Moysi, et Mose jam concepto et brevi nascituro, anxium fuisse ob Pharaonis infanticiæ edictum, et eùm Deum instantè pro puero oraret, adstitisse illi Deum, dixisseque : Scito mihi esse cordi et publicam vestram incoluntatem, et privatam tuam gloriam : puer enim iste, cuius natalitatis metu Ægyptii vestros fœtus ad necem damnaverunt, tibi nascetur; qui gentem suam ex Ægyptiâ servitate liberabit. Mox fides oraculo fecit mulieris partus, quæ præter morem puerperarum tam facillè est enixa, ut observatores fefellerit. Favet huic oraculo verba S. Stephani Actor. 7, v. 25.

Natus est Moyses anno mundi 2374, à diluvio anno, non 714, ut habet codex Pererii, sed 717, ab ortu Abrææ 425 (erravit ergo Porphyrius, qui Moysen vixisse fingit tempore Semiramidis, quæ successit Nino, cujus anno 43 natus est Abraham), post ingressum Jacob in Ægyptum anno 153. Id patet, nam dilu-

vium contigit anno mundi 1656, duravitque unum annum; inde à diluvio anno 292, natus est Abraham. Abraham autem anno ætatis 75 accepit reprimissionem à Deo, à quâ usque ad exitum Hebræorum ex Ægypto, et datam legem in Sinâ, fluxerunt anni 430, qui ita dividuntur, ut 215 fluxerint à reprimissionem factâ Abrææ usque ad descensum Jacobi in Ægyptum; rursum alii 215 fluxerint à descensu Jacobi in Ægyptum usque ad exitum Hebræorum ex Ægypto; Moyses autem natus est 80 annis ante exitum. Secundo, Moyses natus est annis 516 ante regnum Davidis; ante fabricam templi Salomonis annis 560; nam ab egressu Hebræorum ex Ægypto usque ad fabricam templi fluxerunt anni 480, ut patet 3 Reg. 6, v. 1; his adde annos 80 vitæ Moysi usque ad egressum, habebis annos 560. Tertio, natus est Moyses ante captivitatem Babilonicam annis 983, ante Christum annis 1576, ante initium Olympiadum, sive ludorum Olympicorum annis 802, ante Romam conditam annis 825. Quarto, natus est Moyses non 900, ut vult Lactant. l. 4, c. 5, sed 430 annis ante bellum Trojanum, ac proinde longè antecessit Homerum, qui minimum tempus annis fuit bello Trojano posterior. Hinc consequenter Moses longè antecessit septem Græciæ sapientes; hi enim longè Homero fuerunt posteriores, vixeruntque sub tempora Cyri; quos diu post secuti sunt Socrates, Plato, Aristoteles sub tempora Alexandri Magni. Quinto, tempore Moysi, sub annum Moysi 45, ait Torneilius, primus in Atticâ fuit rex Cecrops, qui condidit Athenas; post quem ferè omnia contigerunt quæcumque Græci narrant de suis heroibus, diis, bellis, aliisque memorabilibus. Ita Euseb. in Chron. et Cyril. l. 1 contra Julian. Denique natus est Moyses eo tempore quo claruit Atlas celeberrimus astrologus, quem idèò fixerunt cælum suis humeris sustentare; qui fuit frater Promethei physici, quem fingunt lapides in homines transformasse; fuitque hic Atlas avus maternus Mercurii senioris, cujus Mercurii nomen fuit Mercurius junior cognomento Trismegistus. Ita Euseb. in Chron. et S. Aug. l. 18 Civ. 8. Longè ergo Trismegisto senior fuit Moyses, quare et Trismegistus et Plato ceterique gentium sapientes, suam sapientiam hauscerunt à Mose et Hebræis, ut Euseb. et alii docent. Vide dicta Gen. 41, v. 40.

VERS. 2. — VIDENS EUM ELEGANTEM ABSCONDIT MENSIBUS TRIBUS. Erat, inquit Josephus, infans hic tam speciosus, ut inspicere oculos in se raperet, defixoque teneret. S. Stephan. Act. 7, v. 20, pro elegans, vertit, fuit gratus Deo. Unde patet, hanc elegantiam fuisse plusquam naturalem, Mosicæ à Deo inditam, significasse eum Deo placere, illi cordi et curæ esse; itaque per hanc elegantiam Moysi, non tam humanam quàm divini, in oraculo quod de Mose acceptaverat, ejusque fide confirmati sunt parentes, et animati ad eum occultandum; nec dubitârunt hæc ratione eum ab aquis, Deo tutore, incoluntem evasurum. Et hoc est quod ait Apost. Heb. 11, 25 : Fide Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis, eò quod viderent ele-

gantem infantem, et non timerunt regis edictum. Vide ibi dicta S. Ephrem in oratione de transfiguratione Christi: censet Moſen sanctificatum fuisse in utero matris; hoc enim hæc corporis ejus elegantia, ex animæ elegantia promanans, indicare videtur. Verum hæc conjectura est tenuior, quam ut hoc ei privilegium, et à communi lege peccati originalis, in quo omnes nascuntur, exemptionem stabilire possit, præsertim cum nemo alius hoc asseruerit.

Scitè Marsilius Ficinus in Platonis Symposium, pulchritudinem vocavit bonitatis florem, et Pœtus in Panegy. Theodosii: Augustissima, ait, quæque species plurimum creditur trahere de celo. Virtus tua meruit imperium; sed virtuti addidit formam suffragium; illa præstitit ut oportere te principem fieri; hæc ut deceret. Ad dit Theoph. in Hebr. 11, 25, parentes voluisse Moſen exponere cum natus est, sed puerum blande arriſſisse, et ob id servatum. Adè, inquit, in ipso omnia divina erant.

VERS. 5. — CENQUE JAM CELARE NON POSSET, fervente rursus inquisitione et infanticidio. Nam plures infantes evasisse, remittente se tyrannide, ex Abrone ejusque coavis liquet.

SUMPSIT SCRIPŒAM FISCELLAM, id est, arculam junceam, sive ex juncis quasi viminibus contextam, et exterius ad aquam arcendam pice et bitumine oblitam; cui inpositum infantem mater in junceto seu carecto, ubi incertus eventus certiorum vitæ dabat spem quam domi, ubi certa erat mors inferenda ab assiduis inquisitoribus, exposuit, durâ quidem, sed necessariâ, et in Dei providentiam fidente misericordiâ. Perperam ergo Calvinus hos Moſis parentes ignaviæ et ferinæ immanitatis, ob hæc prolis expositionem arguit; nam non poterant aliter vitam Moſis conservare, nisi eum exponendo. Exposuerunt autem eum quam tutissimè potuerunt: nimirum in arcâ benè munitâ, et in loco tuto, dederunt et ei custodem sororem, quæ eum utcumque posset adjuvaret. Unde et Apostolus fidem et amositatem horum parentum dilaudat. Videntur ergo parentes, oraculum quod narrat Josephus, de Moſe orta et salute accepisse, ideoque non ex timore, sed ex certâ in Deum fiduciâ eum exposuisse.

Allegor. Moſes in cunis delineavit Christum; uterque ergo expositus, ille fortunæ arbitrio, hic salutis hominum; ille in fiscellâ scirpæ, hic in vimineis cunis et præsepio; ille in carecto luminis, hic in specu viæ publicæ; ille ab Ægyptiâ exceptus nutritusque pro filio, hic à gentilitate per Magos adoratus, et numeribus divinis regis pro Deo ac rege universorum declaratus.

EXPOSUIT EUM IN CARECTO. Pagninus, in junceto. Carectum est locus in quo nascuntur carices. Carix est herba alta, in speciem gladii, et sub finem acuminata. Hinc patet Moſen expositum fuisse in loco palustri et stagnante ex Nili aquis, densis tamen junctis et caricibus septo, ita ut arcâ, et infans in eâ expositus, aquarum impetu abripi non posset. Errat ergo Josephus, dum narrat arcæ hæc Moſis projectam

esse in medium flumen, et deportatam esse ab aquis; filium verò regis, missis natoribus jussisse arcam ex aquis extrahi, et ad se afferri.

Porrò voluit Deus Moſen hæc pati, ut disceret suorum contribulium eadem patientium misereri, eosque ex hæc miserâ liberaret et educeret. Disce hic morale: Ideò nos Deus fecit miseris, ut ex nostrâ miserâ discamus qualiter miseremur proximo. Nam, ut ait S. Bern. de gradibus humil.: *Æger ægro, et jejunius jejuno quanto propinquius, tanto familiarius compatiuntur; sicut enim pura veritas non nisi puro corde videtur, sic miseria fratris verius misero corde sentitur. Sed ut ob alienam miseriam miserum cor habeas, oportet tuam prius agnoscas, et proximi mentem in tuâ invenies, ut ex te noveris qualiter illi subvenias. Exemplum scilicet Salvatoris nostri, qui pati voluit, ut compati secret, et disceret ex his quæ passus est misericordiam.*

Allegoricè, Moſes hic domo exulans et expositus in fiscellâ et in carecto, fuit typos Christi pueri, primò, reclinati à matre in præsepio, quia non erat ei locus in diversorio; secundò, expositi furori Herodis, eumque fugientis in Ægyptum. Unde S. Paulinus docet, Christum in Moſe et sanctis omnibus fuisse passum; scribens enim ad Aprum, qui mundum contemnens, ab eo pariter contemnebatur, ita ait epist. 1: *Merito gloriaris et in exultatione dicis, hinc te ipsum tibi credere quòd Christianus sis, quia te odisse cooperunt qui diligebant, et despiciere qui timebant. Ab initio secularium Christus in omnibus suis patitur et triumphat. In Abel occisus à fratre, in Noe irrisus à filio, in Abraham perigrinatus, in Isaac oblatum, in Jacob famulatus, in Joseph venditus, in Moſe expositus, in Prophetis lapidatus et sectus, in Apostolis terrâ marique jactatus, et multis beatorum martyrum crucibus frequenter occisus. Ipse in te patitur opprobria, et ipsum in te odit mundus. Idem docet S. Cyprianus l. de Laude martyrii: *Prædurantibus, inquit, licet costis resultans ungula recurat in vulnus, et euntibus flagris cum avulsâ corporis parte, rediens habena ducatur, stat immobilis tamen penis suis fortior, hoc solum secum ipse convolvens, quòd in illâ crudelitate carnis, plus pro quo patitur Christus, quam ipse patitur; et, ut inferius loquitur, velut socio Christi cruce decoratus.**

VERS. 4. — STANTE PROCEL SOBORE. Maria puella grandiscula, 10 aut 11 annorum, submissa à matre, ait Josephus. Mater eam instruxerat, quid agere, quid dicere deberet, nimirum ut, si quem Ægyptium transeuntem pueri expositi misericordiâ tangi, ut sperabat, contingeret, qui pueri servandi modum quereret, illi nutriendam matrem propriam offerret, ut eam fecisse patet ex sequentibus.

VERS. 5. — FILIA PHARAONIS, Thermut nomine, ait Josephus, et ex eo alii passim; addit Philo eam unicam fuisse Pharaonis heredem, et sine proliibus, licet diu nupta fuisset.

UT LAVARETUR IN FLUMINE, juxta palatium, loco septo et secreto; vel, ut ait Philo, inter opaca condensaque juncorum et arundinum sito; neque enim

feminam regiam in propatulo lavari voluisse credibile est.

PER CREPIDINEM ALVEI, per ripam fluminis. Hebr. est, ad manum, id est, ad latus, fluminis.

QUE CUM VIDISSET FISCELLAM IN PAPHIONE, id est, in carecto caricibus, junctis et papyris referto; in Ægypto enim nascitur papyrus, uti apud nos juncti, in locis palustribus vel marginalibus fluminum. Est autem papyrus arbuscula vel frutex, juxta Nilum nascentis, obliquâ radice, triangulis lateribus, decem cubitis longa, et in gracilitatem fastigiata; ex foliis papyri tenui phyllurâ, acn diducta faciunt chartam ad scribendum, quæ hinc papyrus dicitur; indeque charta nostræ, licet ex contritis linteis facta, quia tamen eundem scribendi usum præbeat, papyrus vocantur; ex ligno verò papyri fabricant naves; unde illud Lucani lib. 4:

Cum tenet omnia Nilus,

Conserit bibula Memphis cymba papyro;

et Ovidius lib. 15 Metamorph.:

Perque papyri septem sua flumina Nili.

Quin et Herodotus lib. 2, scribit Ægyptios suas naves ex junco fabricare. Vide Plinium l. 13, 11.

VERS. 6. — DE INFANTIBUS HEBRÆORUM EST. Suggestio hoc filie crudele patris edictum, de perendis Hebræorum infantibus; ut verò puerum circumcisum intuta est, dubitare non potuit, quin esset Hebræus; tunc enim necdum circumcisionem amplexi erant Ægyptii; quam postea acceptârunt, uti docet Jerem. e. 9, 25, et Theodor. hic, ac Diodor. Sicul. lib. 1 Antiq. cap. 2, atque Herodot. lib. 2.

VERS. 8. — MATREM SUAM. Hebr. matrem pueri, sed eadem erat mater sua quæ pueri fratris, scilicet Joela-bed. Hæc nutritiv, hebr. lactavit, Moſen.

VERS. 10. — QUEM ILLA ADOPTAVIT IN LOCUM FILII. Quomodo id permisit pater Pharaon, infestus Hebræorum hostis? — Resp. cor regis esse in manu Dei, et ab eo inflexum fuisse in amorem pueri tam elegantis, inquit Josephus. Addit Philo, Thermutem, cum illiberis esset, finxisse se esse gravidam, et genuisse Moſen, quasi Moſes non ascitit, sed naturalis ejus esset filius. Idem videtur innuere Apostolus Heb. 11, 24, cum ait, Moſen grandiorum factum, negasse se esse filium filie Pharaonis; ergo ante habebatur genuinus ejus filius. Cur ergo Pharaoni mortuo, non Moſes, sed alius (ut dicam v. 11) in regno successit? fortè quia matris fraus et Moſis adoptio detecta fuit.

Hinc et regio more educatus est Moſes in omni sapientiâ Ægyptiorum, ait Stephanus Act. 7, v. 22. Nam, ut ait Plato, potentatui peritulis ac necessaria est sapientia, ut in illo quidem corpus, in hæc verò animus principi constet et decoretur. Rursus idem Plato: *Qualis, inquit, in arbusculis plantandis et formandis, talis et in liberis gignendis instituendisque cura esse debet; sed hæc labor est, illic voluptas. Cavendum autem ne in hæc sopiâ, in illâ verè plusquam vigiles esse videamur. Idem roganti, quænam hæreditas filii sit relinquenda? respondit: *Ea quæ non grandinem, non vim, non ipsam denique Jovem extimescit.* Hinc ipse ad juvenes, quos*

ad beatè vivendum animare nunquam desinebat, crebro dicebat: *Otio laborem anteponite, ni rubiginem splendori præstare putatis. Rursus: *Adverte contrariam virtutis ac voluptatis naturam; hujus enim momentanea dulcedine perpetua pœnitentia, dolor et cruciatu affligitur; illi contra post breves dolores, æterna, etiam post mortem, delectationes adiunguntur. Quare discipulo cuidam lautius cutem curanti: Quousque, ait, o miser, tibi carcerem edificare pergis? Alias: Sapientes, inquit, primo loco collocant animum, secundo corpus, tertio pecuniam; ita in resp. primus locus datur virtuti, secundus viribus corporis, tertius pecuniæ, quæ virtutis et corporis est administra. Hæc de causâ suadebat vigilias, quasi sapientiæ et castitatis amicas; somnum verò diuturnum detestabatur, ut malarum illecebrarum delictorumque parentem, et mortis perquam similem; vetabat quoque bis in die comedere, ferique saturum.**

Porrò sapientiâ Ægyptiorum erat duplex, ait Philo, et Justinus q. 25 ad Orthodoxos. Prima aperta ac omnibus exposita; nimirum geometria, arithmetica, astrologia et musica. Secunda, hieroglyphica, quæ per symbola, gravissima physices, theologicæ et politicæ facultatis mysteria edocet. Hæc ergo omnia, quæ et medicanam, inquit Clemens, didicit Moſes. Hinc et idem Clemens, lib. 6 Strom., ait Moſen in suis ritibus et legibus ubi subinde hieroglyphicâ Ægyptiorum ratione; ut scilicet tradat eas per symbola et ænigmata; idque patet maxime in vestibus sacerdotum, Cherubim, arci et fabricâ tabernaculi. Vide dicta can. 27. M. Varro apud sanct. August. 18 Civit. 4, docet Ægyptios primùm didicisse litteras magistram Iside, paulò plus duobus annorum millibus ante suam ætatem. Non dubium quin Jacob, Joseph et Hebræi habitantes in Ægypto per 215 annos, plurima eos docuerint; hinc de Joseph principe Ægypti dicitur Psalm. 104: *Ut erudiret principes ejus, et senes ejus prudentiam doceret.* Ut mirum non sit, in doctrinis et legibus Ægyptiorum multa Hebræorum doctrinæ et legi simillima, inveniri apud Herodotum et Diodor. Siculum. Addit rursus Philo, magnis præmiis, Moſi accitios fuisse præceptores ex Græciâ, qui liberales artes; Chaldaeos, qui sideralem scientiam, præsertim que futurorum prædictiones continet; Assyrios, qui suas litteras eum docerent; utpote spe omnium destinatum successorem aviti solii, et regem juniorum appellatum; Moſen verò edomandis animi affectibus plurimum studuisse; secutumque non Ægyptiorum, sed majorum suorum instituta patriâ. Ubi nota, Philonem uti hic amplificatione quoddam; nam Moſes prior fuit et antiquior non tantum omnibus Græciæ sapientibus, sed etiam omnibus qui apud Græcos aliquid scriperunt. Quippe Cadmus, à quo Græci litteras acceperunt, multo posterior Moſe fuit, uti docet Euseb. lib. 10 de Prepar. Evang. cap. 3; quomodo ergo ait Philo Moſi accitios esse præceptores ex Græciâ? Aliud insuper de Moſe narrat Josephus, penes quem sit fides, quod scilicet Pharaon Moſi infanti didicem in capite imposuerit, Moſes verò illud detraxerit in terram, et pedibus concu-

carit; quod cum quasi malum omen acciperent Ægyptii quasi infans hic Ægypto futurus esset exitialis, atque divinus ille qui talem puerum nasciturum prædixerat, asseveraret Moses hunc esse illum ipsum puerum, velletque eum interficere, Thernutis Mosem eriperit et servavit.

Voluit Deus Mosem ducem populi futurum, in aula Pharaonis educari, ut regiam urbanitatem, morum elegantiam, animi magnitudinem, liberalitatem, aliasque regias virtutes, quasi rector populi futurus, addiceret et imberberet. Secundo, ut postea legatus Dei pro populo apud Pharaonem futurus, majoris esset apud eum auctoritatis, præsertim accedentibus tot ejus signis, portentis et plagis.

VOCATIVQUE NOMEN EJUS MOYSES, DICENS : QUIA DE AQUA TULI EUM. Putant Philo, Josephus, Clemens Alex. I. I. Strom., Procop. et Rabanus quod Moses sit nomen ægyptium : mos enim ægyptiacè significare aquam, vel, ut ait Josephus, aquam Ægyptii vocant mo; ises vero servatus, ut Moyses idem sit quod servatus ex aqua. Verùm dico Moses esse nomen hebr. et significare tractum vel extractum, puta ex aquis; radix enim ejus est hebræa, scilicet *masa*, quæ significat trahere vel extrahere. Hebræum ergo hebræo infanti nomen indit adoptans eum mater ægyptia; id clarum est ex hebr. textu, qui sic habet: *vaticra sceno Mose vattomer: Ki min hammam mescithu*, id est: *Ei vocavi nomen ejus Moses, et dixit: Quia ex aquis extraxi eum*. Ubi clarè patet, vocatum esse Mosem, ab hebræo *mescithu*, quod significat *extraxi eum*, scilicet ex aquis.

Nota primò, genuinè dicendum esse Moses, corruptè verò dici Moyses (1); sic et alia nomina propria Hebræorum apud Græcos et Latinos corrupta sunt. Secundò, tradunt Hebræi משה, id est, Moses, revolutum per anastrophem, idem esse quod *haschem*, id est, ipsum nomen, scilicet celebre, magnum, potens et terribile Pharaoni et Ægyptiis. Rursum, *nomen*, id est, virtus, efficacia, et potentia admiranda quæ data est Mosi. Tertio, Clemens Alexand. supra tradit Mosem, antequàm exponeretur à parentibus, vocatum esse Joachim; postea verò à filia Pharaonis vocatum esse Moyses; tertium etiam habere nomen, postquam in cælum assumptus est et vocari Melchi. Rursum Aben Esra et R. Abraham aiunt, Mosem ab Ægyptiis vocatum esse Monion. Perer. quoque censet, Mosi à filia Pharaonis ægyptium inditum esse nomen, idem significans quod Hebr. Moses; ac Mosi nomen postea ab Hebræis ipsi impostum esse. Verùm hæc omnia incerta sunt; nec enim S. Script., nec Josephus, nec Philo aliud nomen pandunt quam Mosi, cujus et etymon reddunt, quasi eo appellatus sit tam ab Hebræis, quam ab Ægyptiis; in sequentibus enim capp. Pharo et Ægyptii non aliter eum compellant quam Mosem, sed et gentium historici, Tacitus, Trogius, Justinus et

(1) Utrum Mosem an Moyses dici debeat, apud commentators disputatur. Nos item hanc, utpote levioris momenti, dirimere non aggredimur, passimque nunc Mosem, ut hic et supra, nunc Moysen, utout scilicet ferunt auctores editi, indifferenter scripsimus. (Edit.)

alii, Mosem eum semper nominant. Ab eventu ergo felici extractionis ex aquis, Mosi nomen est sortitus, idque fausto omine et significatione; quod scilicet ipse pariter aquis afflictionum extractus et liberatus esset filios Israel, eosque per mare Rubrum siccò pede doceret. *Competens*, ait S. August. serm. 89 de Temp. *fuit divina vindicta, ut suis affectibus puniatur parricida.* (Pharo per Mosem), et *filii provisione pereat, qui genitricis interdixerat parturire.*

Allegoricè, Cyrill.: Mater, inquit, quæ filium (Mosen) in fiscella conclusit, est Synagoga, quæ Christum ex se natum segregavit, ut alienum; sed Pharaonis filia, id est, Ecclesia gentium, illum suscepit, idque apud aquas baptismi. Et Prosper: *Diem descendit, inquit, filia Pharaonis ad Mosem, id est, doctrina hujus mundi ad Christum, ablata spiritali undâ depositis superbiis, suscipiensque quasi grandis parvum, per humilem gratiam Ecclesie sociata, quæ filia fuerat, Christi mater efficitur.* Addit Theodor.: Mater rursum à gentili Ægyptiâ filium educandum suscipit, quia Israel ab Ecclesia gentium fidem Christi novissimis temporibus accipiet. Moses ergo natus in persecutione Pharaonis, id est, Christus natus in persecutione hereticis et diaboli, qui totum mundum suo jugo premebat. Moses occultatus mensibus tribus, significat Christum in lego vetere occultatum triplici tempore, scilicet judicium, regnum et pontificum. Moses projectus in flumen à parentibus, significat Christum in aquas passionis et mortis à Judæis immersum, quem Ægyptia, id est, gentilitas, suscepit, et magnificè ac splendè tractavit, videns ejus elegantiam in cælesti sapientia, vitâ et moribus.

Tropologicè, Hugo de S. Victor. in alleg. in Exodi 1: Moses, inquit, est quisquis in divio presentis est seculi; filia regis est gratia Dei, quæ nos fluxu seculi erutos in filios Dei adoptat, et Hebrææ, id est, transcanti in cælum matri Ecclesie, tradit nutriendos.

Vers. 11. — IN DIEBUS ILLIS (cùm Moses ageret annum ætatis 40, ut ait S. Stephan. Actor. 7, 25), POSTQUAM CREVERAT MOSES. Josephus et plurimi ejus sequaces narrant, Mosem à Pharaone bello æthiopyo præfectum, Æthiopes profligasse; regiam Saban, quæ postea à Cambyse, nomine sororis Meroe est appellata, cepisse traditione Tharbis, filie regis Æthiopyæ; quam Moses deinde, juxta pacta, in uxorem accepit. Hoc Mosi bellum Tornielius consignat anno Mosis 50, cùm jam pridem Amenophis, sub quo natus est Moses, obiisset, ac regnaret Orus, si credimus Asebho. Sanè, quidquid de hoc bello sit, quod Theodor. et alii fabulosum vocant, non dubium est Mosem multa de se humilitatis studio preterisse; nec enim his 40 annis, quibus in aula vixit quasi princeps, deses vel otiosus fuit. Addit auctor Histor. scholast. et alii Tharbis hanc, esse Æthiopyssam illam, quæ contra Mosem murmuravit Maria et Aaron Num. 12. Rursum Mosem, partâ victoriâ, cùm redire vellet in Ægyptum, nec dimitteret eum Tharbis, ipsum, ut qui peritissimus esset astrorum, duas imagines sculptissas in gemmis, ejus virtutis ac potestatis, ut altera memora-

riam afferret, altera obliuionem; cùmque paribus annullis eas inseruisset, alterum, scilicet memorie, sibi reservasse; alterum scilicet obliuionis, didisse Tharbis; quem illa induens, innox Mosi oblita fuit, sicque ille in Ægyptum redire potuit; sed hæc sunt fabulæ et naxiæ.

ÆRESUS EST AD FRATRES SUOS. Hebræi fratres vocant omnes eos qui sunt ejusdem familie vel gentis.

VITIOQUE AFFLICTIONEM FORUM. Addit Philo, Mosem sæpius visisse suos Israelitas laborantes et afflictos, eosque consolatum esse, ac prefectos operum lenitatis admonuisse, itaque purpuratos sensim eum suspectum habere cepisse, ac tandem ad regem, tanquam ab eo dissidentem, resque novas molientem, detulisse, ejusque aures calumniosè implèsse. En fortitudinem Mosis, profertis se Israelitam, magisque eligentis affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, Hebr. 11, 25. Moses ergo contempsit regnum Ægypti, fassus se Hebræum, eoque negans se filium filie Pharaonis. Ob hoc, ait Ambr. in psal. 118, factus est à Deo Pharaonis deus, id est, eo superior, eique terribilis. Ob hoc quoque Philo Mosem vocat miraculum nature; nam ambire, non dico regiam dignitatem, sed amicitiam, ordinarium in natura opus est; at hæc ipsa spernere, imò detestari, planè extraordinarium est, idèque miraculum, eoque magis, quò ea non sui commodi, sed publici boni et suæ gentis causâ desepxit. Ita Philo. Hæc vera est animi celsitudo, regnum pietati posthabere; hæc summa dignitas, quæ eum regii dignitate digniorem effecit. Major est enim qui dignitatem despicit, quam qui suspicit et suscipit. Nam ille honore superior, hic inferior est: ille pompe heros, hic servus; hic gloriam esurit ut mendicis, ille contemnit ut dominus.

VNUM ÆGYPTIUM PERCUSSIONEM QUENDAM DE HEBRÆIS. Philo ait, hunc Ægyptium fuisse unum ex præfectis, qui injusto onere oppressos Hebræos tam iniquè pulsare consuvisset. S. Stephan. Actor. 7, percussions vice, injuriâ eum affectisse dicit. Tradunt Hebræi, hunc Ægyptium adulterium commississe cum uxore hujus Hebræi, idèque ortâ rixâ eum percussisse; sed hoc eorum de more est figmentum. Certum est, hunc percussorem fuisse gravem et enormem, vel in se vel ob circumstantias, vel ob ea quæ precesserant, ut ait Philo, ita ut percussor mereretur peccati morte; aliâs enim Moses non habuisset potestatem, et jus, nec voluntatem eum occidendi.

Vers. 12. — PERCUSSUM ÆGYPTIUM ASCONDISIT SABULO. Percussum, id est, occisum; sepelivit enim et abscondit eum in sabulo.

Quares, an justè et rectè eadem hæc fecerit Moses utpote agens vitam privatam, nullam ad hoc auctoritatem vel à Deo, vel ab homine accepisset. Primò, Hebræi, etiam prisci, teste Clem. Alexandr. lib. 1 Stromat., excusant Mosem, eò quod Ægyptium occidit non gladio, sed pronuntiando in eum nomen tetragrammaton Jehova; quo modo S. Petrus solo verbo occidit Ananiam et Sapphiram; sed hoc est conventum; percutere enim est, non verbo, sed gladio alivæ

armis ferre. Rursum, tunc nomen Jehova necdum erat Mosi revelatum. Deus enim illud sibi primò indit, illudque Mosi revelat Exodi 6, 3. Secundò, S. Aug. lib. 22 contra Faustum cap. 70, hoc factum Mosi culpâ, quasi factum præter potestatis et justitiæ ordinem, illudque tribuit ejus zelo, sed nimio et inculco, qui vitiosa quidem, inquit, sed magna fertilitatis signa fundebat; significabat enim hic zelus nimius, Mosem, ubi excultus foret, zelumque hunc ratione regere et temperare didicisset, fore insignem et animosum populi ducem. Hinc et OEcumen. in Epist. Jude, tradit diabolum in altercatione cum Michaelè de corpore Mosis, dixisse, Mosem non esse dignum sepultura, eò quod injustè occidisset Ægyptium, eumque non in sepulcro, sed in sabulo sepelivisset. Tertio, S. Ambros. lib. 1 Officior. 56, S. Thomas et Burgen. hoc Mosi factum tribuunt justæ defensionis, quâ Hebræum injuriam invasum defendere tenebatur ex charitate. Qui enim socium non defendit ab injuriâ cui potest, tam in vitio quam ille qui facit, ait S. Ambros. Nam, ut ait Toletus in Luca 12, annot. 27, tunc non erat judex, qui posset injuriam avertere, et injuriâ erat presens, nec moram temporis patiebatur: unde Mosi erat tunc subvenire. Addit Cajetanus, hosce prefectos operibus fuisse publicos hostes et oppressores Hebræorum: idèque licuisse Hebræis eos occidere si possent, perinde ac in bello justo hostem et invasorem ubivis occidere. Quarto, planissimè et solidissimè, fecit id Moses, ex inspiratione divinâ auctoritatem adeptus: movebat enim Deus Mosem ad hæc eadem, ut vindicem sui populi agere inciperet, et publicum hostem occideret. Hoc enim est quod ait S. Stephanus Actor. 7, 25: *Fecit ultionem percussu Ægyptio; existinabat autem fratres intelligere, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis.* Sciebat ergo Moses, adèque alios passim scire putabat, se jam à Deo designatum esse ducem et vindicem Hebræorum, Deumque velle ut ad hunc ductum per hæc eadem et vindictam justam se compararet; adèque S. Stephanus hic videtur confirmare historiam Josephi, qui narrat oraculum patri Amram factum, de filio suo Mose vindicæ et liberatore Hebræorum futuro. Ita S. August. hic Rupert., S. Thomas et alii.

Symbol. notat S. Ambros. lib. de Cain et Abel, Mosem aptum fuisse interfectorem Ægyptii, quia in seipso prius interfecerat ambitum honoris et regni. Ille, ait, *velut quasdam in se manus injicit, qui interficit voluptates corporis sui. Interfecit ergo Moses Ægyptium hominem; sed non interfecisset, nisi prius in se Ægyptium spiritualis nequitie intermisisset, honorem regalium voluptatum.*

Allegor. Moses percussu Ægyptio liberavit Hebræum, id est, Christus fractâ diaboli potentia liberavit genus humanum. Ægyptius absconset in sabulo, quia diabolus ejusque tentamenta absconduntur in bonis temporalibus, quæ instar sabuli vilia, imbecilla et instabilia sunt. Ita Perer.

Vers. 14. — At, intra se, id est, cogitavit; sicut

enim est verbum lingua, ita est et verbum mentis.

QUOMODO PALAM FACTUM EST VERBUM ISTUD? Hebr. *verè notum factum est verbum*. Noster interpres profundius Mosis pathos intellexit, illudque per notum admirationis expressit; quasi diceret: Itane, vel verè notum factum est verbum istud? sed eodem res redit.

Nota. Verbum metonymicè usurpat Hebraei pro facto aut re cuius verbum est index et signum; sic dicitur: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*, id est, omnis res; et pastores dicunt Luc. 2: *Videamus hoc verbum quod factum est*, scilicet Christum jam natum.

Vide hic quam aule honores sint inconstantes, quam mundi felicitas sit instabilis et varia. En Moses adoptatus in filium regis, pellitur in exilium. Verè dixit Philo libro quòd Deus sit immutabilis: *Sicut affluxum maris sequitur paulò post refluxus, sic rerum caducarum affluentiam sequitur mox refluxus*. Audi et Senecam: *Notissima*, ait, *vox est ejus, qui in cultu regum consenerat, cum eum quidam rogaret, quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem*: *Injurias*, inquit, *accipiendo, et gratias sèpè agendo*.

VERS. 15. — QUI FUGIENS, opportuno tempore, quando Deo visum, rediturus, suisque consulturus. Hinc Apostolus ad Hebræos 11, v. 27, ait de Mose: *Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem regis, quasi diceret: Etsi Moses fugerit, non tamen concidit animo, nec spem liberandi Israël abiecit; sed certò sibi persuasit, se suo tempore rediturum et liberatum Israelcm; quamquam et alius magis genium illius loci est sensus, ut dixi Hebr. 11. Ita S. Athanasius, cum Juliani Apostate jussu Alexandria in exilium pelleretur, et circa se Christianos illycrynatas videret, dixit: *Bono animo estote. Nebula enim est, qua brevi evanescet*. Ita Sozomen. lib. 3, cap. 14. Ita factum est. Nam paulò post Julianus monachus in spiritu prævidens Juliani interitum, suis dixit: *Aper silvestris, hostis vineæ Domini, debitas scelerum in Christianis dedit penas, et mortuus jacet, ne amplius Christianis insidias struat*. Mox compertum est id verè accidisse eodem momento, quo monachus loquebatur, teste Theodor. lib. 3, cap. 19.*

Ubi nota. Fidelis et sanctus in exilium pelli nequit. Nam ubique excipitur à Deo, qui illius et pater et patria, et omne bonum est. Ita S. Cyprian. epist. 56 ad Thibaritanos: *Solus*, inquit, *non est, cui Christus in fuga comes est; solus non est, qui templum Dei servans, ubicunque fuerit, sine Deo non est*. Ita S. August. serm. de S. Cypriano: *Arbitraris*, inquit, *tyrannæ, de patria sua in alienam te excludere hominem Dei? falleris: ille in Christo nusquam est ead, in carne ubique est peregrinus*. Ita S. Nazianz.: *Mihi*, inquit, *orat. 28, omnis terra, et nulla terra patria est, quia scilicet mihi patria cælam est; et quia totam terram pro patria duco, sumque cosmopolita, id est, civis mundi*. Ita S. Basiliius: *Exilium*, inquit, *non cognosco, qui nullo loco circumscriptus sum; ac nec terram hanc, quam nunc incolò, meam habeo: et eam omnem, in quam projectus fuerò, pro meâ duco: imò, ut rectius loquar, universam terram Dei esse scio, cuius adventu*

sum et peregrinus. Testis est Nazianz., orat. 20, quæ est de laudibus S. Basilii. Hugo Victor. l. 3 Didascal. c. ult.: *Delicatus*, inquit, *ille est adhue, cui patria dulcis est; fortis jam, cui omne solum patria est; perfectus, cui mundus totus exilium est. Ille mundo amorem inficit, iste sparsit, hic extinxit*.

MADIAN. Madian urbs fuit condita à Madian filio Abraham ex Ceturâ. Unde et tota regio dicta est Madian. Quam verum illud Eccli. 2: *Fili, occedens ad servitatem Dei, præpara animam tuam ad tentationem*. Ecce quot hic tentamenta Mosen vocatiõnem Dei sequentem, aulæque egressum glomeratim invadunt; paupertas, ignominia, contemptus, non ab Ægyptiis tantum, sed et ab ingratis, quorum causâ hæc omnia subibat, Israelitis, insidiæ regis, pericula mortis, fuga, exilium; sed nullis, ne ingratorum quidem malis vincitur Mosis destinata pietas, quæ non homines, sed Deum intuitu, invisibilem tanquam videns sustinuit, ad Hebr. 11, 27. Vide hic quam verum sit illud S. Marci Anachoreta: *Deus concisus infirmitatis nostræ, non solet alicui quid magni conferre, nisi præviâ calanitate*.

Allegor. notat Rupert. S. Stephanum asserere, Act. 7, patres Judæorum negasse Mosen, Samuelem, Davidem, in exemplum et typum Judæorum Christum negantium; qui ideirò fugiens uxorem alienigenam duxit, scilicet Ecclesiam gentium.

Nota. Mose agente in Madian (anno Mosis 67, inquit Tornellus, qui fuit Cecropis Atheniensium regis primi 51), contigit celebre illud apud gentiles diluvium Deucalionis, in Thessaliâ. Dicitur Deucalionis, quia Deucalion tunc ibidem regnavit, ipseque cum paucis aliis hoc diluvium, in parvâ riva appellens ad Parnassum montem, evasit; unde fertur ipse genus humanum reparasse. Ita S. August. lib. 18 Civit. 10.

Tunc etiam contigit Phaethontis incendium; perinde ac si ignis et aqua in perniciem hominum tunc conjurassent; tantus enim fuit æstus solis, ut universum orbem torruisse videretur; ex quo orta est fabula Phaethontis, quòd scilicet Phaethon Solis filius, malè regens. Solis currum, terram exusserit. Ita Euseb., Cyrill., Orosius, lib. 1, cap. 10, et ex his Tornellus.

VERS. 16. — SACERDOTI MADIAN. Chald. *principi Madian*; quin et Artapanus, apud Euseb. l. 9 de Prep. Evang. e. ult., hunc Raguel vocat regem Arabiæ; ejus enim pars est Madian. Hebræum *cohen* propriè sacerdotem significat; sed quia sacerdotium, quasi nobilissima et divina functio, tum ferè principibus aut primariis familiarum, uti Melchisedech, Noe, Abraham, competebat; et quia princeps ac magistratus in primis cultum Dei, et quæ ad gloriam illius faciunt, promovere debet, hinc *cohen* principem quoque significat, ut patet 2 Regum 8, 18, ubi filii David dicuntur fuisse sacerdotes, hoc est, ut Septuag. verunt, *ἀδελφοί*, id est, principes aut. Poniit ergo Raguel sacerdos esse et princeps; sacerdos, inquam, tum quidem idolorum, quia Madiantæ erant idololatæ; postea autem videns mira quæ faciebat Deus per

Mosen, Deum verum agnovit et coluit, ut patet Exod. 18, licet sanct. Cyrillus lib. 5 de Adorat. in spiritu, fol. 54, et Abul., putent eum ex nunc coluisse unum Deum altissimum, sed cum eo multos etiam alios deos suæ gentis.

Demetrius historicus, inquit Euseb. supra, tradit quòd Abraham ex Ceturâ genuit Icesan, ex quo natus est Adam (vel potius Dadan, ut patet Genes. 25, 5), à quo Raguel pater Jethro, cujus filiam Moses accepit uxorem; additque Mosen fuisse staturâ longum et flavum, proliore capillo et barbâ, ac denique staturâ et facie permagnæ dignitatis.

ADAGARE CUPERANT GREGES. Nobilis tum erat ars pastoritia, quiddam acclamat Calvin., quam etiam tum robiles exercebant virgines mirabilis temporum illorum castimoniam, uti in Gen. vidimus facisse Rachel et Liam.

VERS. 17. — EGERUNT EAS, ad haustum à puelis, paratumque potum agentes sua pecora, fructuari inertes alienis laboribus, inquit Philo.

DEFENSUS PUELLIS. Hugo Victorinus putat Mosen comites duxisse secum, quibus adjunctus pastoribus restitit. Ubique claritatis semina sparsit Moses, innocentium, oppressorum et justitiæ vindex. Ita sibi Raguelis gratiam et Sephoram conjugem conciliavit. Hoc prudentis, hoc christianis est, beneficentiâ sibi omnes devincire. Sic Christus transit benefaciendo et sanando omnes oppressos à diabolo. Actor. 10, 58. Vidit et hoc per umbram gentilis Scipio, qui servabat Polybii præceptum, ne è foro discederet, quin aliquem sibi amicum aut benevolam magis efficeret, inquit Plutarchus.

VERS. 18. — AD RAGUEL. Tradunt Hebræi, Lyranus et Abulens. Raguel fuisse quadrinomial: primò enim vocatur hic Raguel. Secundo, cap. sequenti vocatur Jethro, id est, addens, quia ipse addidit unum caput legi de ordinatione populi per tribunos, centuriones, quinquegenos et decanos, Exod. 18. Tertiò, vocatur Cinæus, Judic. 4, 11. Quartò, vocatur Hobab, id est, amans, quia dilexit legem Dei et ad judaismum est conversus, ut patebit Exod. 18. Verum alii probabilius putant Hobab non esse Raguel, sed Raguelis filium, de quo Numer. 10, v. 29.

VERS. 19. — VIR ÆGYPTIUS. Talis Moses ex veste et habitu videbatur, fortè etiam se venire ex Ægypto sciscitantibus puelis responderat.

VERS. 20. — UT COMEDAT PANEM, cibum sumat, convivetur nobiscum. Panis enim Hebræis, per synecdochem quemlibet cibum significat.

VERS. 21. — JURAVIT ERGO MOYSES QUOD HABITARET CUM EO. Scriptura hic brevitati studens multa intelligenda reliquit, scilicet filias ad fontem reversas esse, indeque Mosen patris verbis persuasum domum deduxisse, amanter ab eo salutatum esse, exploratæque statim ejus indole, post multa ultrò citròque verbatandem ad pactum habitandi cum eo descendisse, illudque juramento firmasse, ac denique ejus filiam Sephoram uxorem duxisse. Nota. Pro *juravit* hebraicè est *joel*, quod licet propriè significet, voluit, consentit,

acquievit, et ita hic vertant Septuaginta, Chaldeus, Vatablus et alii, tamen subinde per metathesin, et per commutationem litterarum *chei*, idem est quod *joel*, id est, juravit, ut patet 1 Samuel 14, 25: *Et adjuravit Saul populum*, hebraicè est *joel joel*.

VERS. 22. — QUEM VOCAVIT GERSAM, DICENS. Hebraicè, *quia dixit*; dat enim rationem cur eum vocet *Gersam*, quòd scilicet ipse Moses, advena et peregrinus fuerit in Madian: *¶ Ger* enim *peregrinum*, *צפ*, *scam* illic significat.

Nota. Ibi filii Mosis nati sunt non statim ut venit in Madian, anno ejus 40, sed diù post; scilicet paulò ante reditum ex Madian in Ægyptum, qui contigit anno ejus 80; id patet ex eo quòd in hoc redit uxorem cum filiis hinc imposuisset uxori, ut dicitur cap. 4, v. 20; erant ergo tunc adhue parvuli.

ALTERUM VERO PEPERIT. Noster interpres eum Septuag. secundi filii Mosis nomen hic interserit, ut filios Mosis simul enumeret; licet illud non habeatur in Hebræo hoc loco, sed Exodi 18, v. 4. Unde illud transcripserunt Septuag. et noster; vel potius illud ex Hebræo hic excidit. Hebræa enim subinde mutata sunt, uti ostendit Bellarm. lib. 2 de verbo Dei, c. 2. Nomen ergo secundo filio Moses imposuit Eliezer, id est, Deus meus adjutor, idque ut doceret fides primò, exilia et adversa quæque, Deo nixos, fortiter ferre. Secundo, liberos suos intueri, non ut irritamenta avaritiæ, sed ut monumenta divine largitatis; quibus ad gratiarum actionem et Dei obedientiam incitentur. Tertiò, Dei semper esse memores, prolesque sancto vel sancti alijus nomine nuncupare. Quartò, nomine suo proles admonere voluit, ut cogitent unde et quomodo sint nati, quidve Deo debeant, denique quos imitari teneantur.

VERS. 25. — POST MULTUM VERO TEMPORIS MORTUUS EST REX ÆGYPTI. Ibi videlicet sub quo natus Moses adoptatus et ad necem quæsitus fuit; hoc enim series historie videtur exposcere. Quæ ratio cogit Gerardum Mercatorem ut non Eusebium sed Manethonem secutus, hæc omnia que hucusque narravit Moses, contigisse censeat sub Armesesiano, sive Ramesses rege, quem ditiissimè scilicet 66 annos regnasse tradit. Verum quia certiorum hic chronologum Eusebio non habemus, quem passim Catholici sequuntur, hinc cum his soli diis dicemus hoc tempore non tantum mortuum fuisse Pharaonem illum sub quo natus est Moses; sed et duos alios eum in regno sequentes, qui ejusdem cum eo erant genti et odii in Judæos. Hæc enim facta videntur paulò ante, et, si Tornello credimus, uno anno ante ducatum Mosis, et liberationem flebæorum ex Ægypto; cum Moses ageret annum ætatis 79, ad quem nec Ramesses, nec quii alius rex Ægypti regnavit. Dicit ergo Moses hic, instante jam Hebræorum liberatione, quòd rex eos affligens cum suis assecis sit mortuus; ut indicet iis, utopote tyrannis, mortuis, Hebræos ingemuisse et inelamasse Deum, ut eis mitiorem Pharaonem crearet; aut potius liberationem mitteret qui eos ex ægyptiâ servitute eriperet. Sensus ergo est, q. d. Mortuo rege aliisque tyrannis

Hebraei serò invocant Deum pro sua liberatione; Deusque eos exaudivit, ac sequenti anno, qui fuit 80 Mosis, misit Moesen qui eos liberavit.

VOCCERATI SUNT. Hebraei hic, flagello hoc servitutis exciti, redeuntes ad cor, acrius post mortem tyrannorum, quasi major jam liberatis speranda detur occasio, vociferantur ad Deum, utpote qui solus eos liberare poterat; ita tribulatio docet Deum invocare; vulgò dicitur: Qui nescit orare, eat ad mare; ibi enim fluctus et pericula docebant eum precari, Deumque et caelites inclamare.

ASCENDIT CLAMOR EORUM AD DEUM AB OPERIBUS. Chald. *propter opera*. Hinc Theologi docent oppressionem pauperum esse peccatum clamans in coelum, quod sui enormitate Deum provocet ad ecerem opprimentionum vindictam et oppressorum liberationem.

VERS. 24. — AC RECORDATUS EST FODERIS. Anthropopathòs hic et alibi Deo memoria et recordatio tribuitur; qui si Deus esset homo qui habitans permisisset Hebraeos alligi, rectè eorum oblitus diceretur; jam verò eos liberare destinans, diceretur recordari foderis initu cum patriarchis, quo promisit se Deum fore eorum, seminisque eorum; peculiari utique et eximio circa eos providentiâ.

VERS. 25. — ET RESPEXIT DOMINUS FILIOS ISRAEL. Ita romana et hebr. Respexit autem, et cognovit (uti addunt hebraei) Deus populum suum, cogitando eum citò liberare eique clementem se exhibere.

Nota à *audiri, recordatus est, respexit, cognovit*; hæc enim omnia repetunt, et inculcant miram Dei in suos curam, amorem, providentiam magnamque et ceteram brevi affore ejus opem et misericordiam. Septuag. *vertunt, et cognitus est eis, scilicet liberans eos*; quasi diceret: Cognita eis fuit Dei erga se cura et providentia, cum per Moesen cepit et aggressus est eos liberare, unde noster vertit, *et liberavit eos*; ÷ enim liberavit hic actum inchoatum, non consummatum significat.

Est hoc capite, et præced. illustris locus moralis de fructibus adversitatis et patientiæ, ejusque exemplum in Mose et Hebraeis, qui per adversa creverunt, factique sunt populus Ecclesiae et regnum Dei. Scripsit Tertull. (quem S. Cyprian. et alii secuti sunt) insignem librum de Patientiâ, in quo c. 5. ostendit diaboli et omnium hominum peccata, impatientiæ esse adscribenda; sequentibus demonstrat, quam eximium sit vitæ antidotum patientia, idque contra quævis adversa; ac primò, adversus opum et facultatum jacturam, c. 8. hæc dat patientiæ pharmaca:

1. *Omni, inquit, penè in loco de contemnendo seculo Scripturis Dominicis commonemur. Unde et Dominus ipse in nullis ditibus invenitur.*

2. *Dominus semper pauperes justificat, divites prædamnat. Radix enim omnium malorum est cupiditas.*

3. *Nihil est nostrum, quoniam Dei sunt omnia, cuius ipsi quoque nos sumus.*

4. *Qui damni impatientiâ concitatur, terrena calceatibus anteponendo, de proximo in Deum peccat. Libenter ergo*

terrena amittamus, caelestia tuemur; totum licet seculum pereat dum patientiam lucrificamus.

5. *Patientia in detrimentis exercitatio est largiendi; facit enim nos faciles ad communicandum et dandum elemosynam. Non piget donare eum, qui non timet perdere.*

6. *Genitium est, omnibus detrimentis patientiam adhibere qui rem pecuniariam fortassis animæ antepont. Nos verò non animam pro pecunia, sed pecuniam pro animâ deponere convenit, seu spontè in largiendo, seu patienter in amittendo.*

7. *Ipsam animam et corpus, in seculo isto expositum omnibus ad injuriam gerimus, ejusque injuriæ patientiam subimus. Absit à servo Christi ut patientia majoribus tentationibus præparata, in frivolis excidat.*

Secundò, adversus acra verba et verbera, eodem cap. hæc dat patientiæ remedia.

1. *Dominus monet: Verberanti te in faciem, etiam à alteram genam obverte. Fatigetur aliena improbitas patientiâ tuâ.*

2. *Plus improbum illum cædis sustinendo; ab eo enim vapulabit, cuius gratiâ sustines.*

3. *Respice dictum Domini: Cum vos maledixerint, à gaudele.*

4. *Dominus ipse maledictus in lege, et tamen solus est benedictus. Igitur Dominum servi consequamur et maledicantur patienter ut benedicti esse possimus.*

5. *Alioqui eraciabor, saltem impatientiâ nutâ.*

6. *Idcirco quis te lædit ut doleas, quia fructus lædentis in dolore læsi est. Ergo cum fructum ejus evertis non dolendo, ipse doleat necesse est omissione fructus sui; tunc tu non modo illas ibis, sed insuper et adversarii tui frustratione oblectatus, et dolore defensus.*

Tertiò, adversus dolorem in morte charorum, cap. 9. hæc dat patientiæ dulciaria:

1. *Lege Apostolum 1 Thess. 4: De dormientibus non contristemini, etc.*

2. *Credimus resurrectionem mortuorum. Vacat ergo dolor mortis, vacat et impatientia doloris.*

3. *Cur doleas, si perisse non credis? cur impatienter feras subductum, quem credis reversurum?*

4. *Profectio est, quam putas mortem, idque ad beatam vitam.*

5. *Non est legendus qui antecedit, sed planè desiderandus. Cur immoderatè feras abissè, quem mox subsequeris?*

6. *Impatientia in hujusmodi et spei nostræ malè omnatur, et fidem prævaricatur.*

7. *Christum ledimus, cum evocatos quoque ab illo, quasi miserandos, non æquanimiter accipimus.*

8. *Apostolo resistimus dicenti: Cupio dissolvi et esse cum Christo. Optimum ergo illud est votum Christianorum, pariter et nostrum.*

Quartò, adversus ultionis appetitum, cap. 9 et 10. hæc dat patientiæ placamenta:

1. *Hæc ulciscendi libido negotium curat, aut gloriæ, aut malitiæ; sed gloria ubique vana est, et malitia Domino odiosa, hoc quidem loco maxime, quia multum duplicat, quod semel factum est. Quid enim refert inter pro-*

vocantem et provocatum, nisi quòd ille prior in maleficio deprehenditur, iste posterior?

2. *Uterque læsi Domini reus est, qui omnem nequam prohibet, et damnat, quique præcipit malum malo non rependendum.*

3. *Quem honorem litabimus Domino, si nobis arbitrari defensionis (id est, ultionis) arrogaverimus?*

4. *Quid credimus iudicem illum, si non et ultorem? hoc se nobis reprimit dicens: Vindictam mihi, et ego vindicabo, id est, patientiam mihi, et ego patientiam remunerabor.*

5. *Qui vindicat se, honorem unici iudicis, id est, Dei, abstulit.*

6. *Post vindictam sequitur patientia, fuga, et reatus, ut pari modo plectantur.*

7. *Nihil impatientiâ susceptum, sine impetu transiggi novit; quidquid impetu actum est, aut offendit, aut corrumpit, aut præcepit abijt.*

8. *Si levius defendaris, insanies; si uberior, oneraberis.*

9. *Quid mihi cum ultione, cuius modum regere non possum per impatientiam doloris?*

10. *Si patientiæ inebabo, non dolebo, si non dolebo, ulticis non desiderabo.*

Quintò, contra Satanae insultus, cap. 11. hæc dat patientiæ roboramenta:

1. *Parvula Satanae jacula de sua mediocritate contentans; maximè pro sua exuberantiâ cedit.*

2. *Ubi minor injuria, ibi nulla necessitas impatientiæ; et ubi major injuria, ibi necessarius est injuriæ medela, patientia.*

3. *Certamen igitur quæ à malo infinguntur sustinere, ut hostis studium emulatio nostræ æquanimitalis eludat.*

4. *Si verò quedam ipsi in nos aut imprudentiâ, aut spontè etiam superducimus, æquè patienter obeamus quæ nobis impetens:*

Sextò, ad cruce à Deo immisissas, hæc dat patientiæ sustentamina.

1. *Si à Domino nonnulla credimus incuti, cui magis quam Domino patientiam præbeamus?*

2. *Gaudere et gratulari nos decet dignatione dicitur castigationis: Ego, inquit, quos diligo, castigo.*

3. *Dominus patientes felices prædicat, dicens: Beati pauperes spiritu, beati fientes, beati mites, beati pacifici. Gaudele cum vos maledicent, et persequentur; merces enim vestra plurima est in celo.*

Septimò, c. 12, hos patientiæ fructus assignat: Primus est pax et reconciliatio cum proximis.

1. *Patiens implet legem Christi, jubentis ignosci fratri, non septies, sed septuagies septies. Item, ut remittamus fratri offensam, si à Deo veniam et remissionem cupimus.*

2. *Et Apostoli dicentis: Sol non occidat super iracundiam vestram. Non licet ergo nobis unâ die sine patientiâ manere.*

3. *Conjugatos dissidentes patientia conciliat; alterum adulterum non facit, alterum emendat.*

4. *Prodigum filium patientia patris recipit, vestit, pacit, et apud impatientiam irati fratris excusat.*

Secundus patientiæ fructus, est dilectio, sive charitas.

1. *Dilectio summum fidei sacramentum, christiani nominis thesaurus, quam Apostolus totis viribus Spiritus S. commendat, cuius nisi patientiæ disciplinis eruditur? 1º DILECTIO, inquit, MAGNANIMIS EST. Ita patientiam sumit. 2º BENEFICA EST. Malam patientia non facit. 3º NON EMULATUR. Id quidem patientiæ proprium est. 4º NEC SUPERBEM SAPIT. Modestiam de patientiâ traxit. 5º NON INFLATUR, NON PROTERVIT. Et hoc ad patientiam pertinet. 6º NON IRRITATUR, OMNIA SUSTINET, OMNIA TOLERAT. Utique, quia patiens est.*

2. *Meritò ergo nunquam excidit: EXHAURIUNTUR LINGUÆ, SCIENTIÆ, PROPHETIÆ, PERMANENT FIDES, SPES, DILECTIO, fides, quam Christi patientia indicat; spes, quam hominis patientia expectat; dilectio, quam Deo magistro patientia comitatur.*

Tertius est, quòd patientia suggerat pietatis exercitiâ, cap. 15.

Quæ est negotiatio patientiæ in corpore?

1. *Afflictio carnis, hostia Domino placatoria.*

2. *Jejunia cum cinere et sacco conjuncta.*

3. *Precautiones et deprecationes.*

4. *Continentia carnis.*

5. *Constantia sub cruce.*

Exempla sunt: *Secatur Isaias: patientia viribus armatis, et de Domino non tacet; lapidatur Stephanus, et veniam hostibus suis postulat; Job omnem patientiæ speciem adgressus omnem diaboli vim expugnat, quem non abici verget, non filii vero ruina impetu adempti, non corporis cruciatu à patientiâ exclusi. Quale in illo viro seratrum Deus de diabolo extraxit? quale exitum gloriæ, cum ille homo ad modum acerbum nuntium, nihil ex ore promeret, nisi Deo gratias. Quid? ridebat Deus. Quid? dissecabatur Satan. Hinc omnia duplicia recuperavit.*

Quartus est, quòd patientia ceteras virtutes parit, cap. 14.

1. *Humilitatem instruit.*

2. *Penitentiam expectat.*

3. *Æconomiam assignat.*

4. *Carnem rejicit.*

5. *Spiritum servat.*

6. *Linguum framat.*

7. *Manum continet.*

8. *Tentationes conculcat.*

9. *Scandala pellit.*

10. *Martyrium consummat.*

11. *Pauperem consolatur, divitem temperat.*

12. *Serum domino, dominum Deo commendat.*

13. *Feminam exornat, virum approbat; amatur in puero, laudatur in juvene, suscipitur in sene; in omni ætate, in omni ætate formosa est.*

Octavò, patientiæ eligiem ita ad vivum depingit, cap. 15:

1. *Vultus illi tranquillus et placidus.*

2. *Frons pura, nullâ mæroris aut iræ rugostate contracta.*

3. *Supercilia in letum modum remissa.*

4. *Oculi humilitate, non infelicitate dejecti.*
 5. *Os taciturnitatis rubore signatum.*
 6. *Color qualis securis et innoxius.*
 7. *Motus frequens capitis in diabolum, et minax riuus.*
 8. *Amictus circum pectora candidus, et corpori impressus, ut qui nec inflatur, nec inquietatur*

CAPUT III.

1. Moyses autem pascabat oves Jethro soceri sui sacerdotis Madian; cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb.

2. Apparuitque ei Dominus in flammâ ignis de medio rubi : et videbat quod rubus arderet, et non combureretur.

3. Dixit ergo Moyses : Vadam et video visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.

4. Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, et ait : Moyses, Moyses. Qui respondit : Adsum.

5. At ille : Ne appropies, inquit, hic : solve calcematum de pedibus tuis; locus enim in quo stas terra sancta est.

6. Et ait : Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. Abscondit Moyses faciem suam; non enim audebat aspicere contra Deum.

7. Qui ait Dominus : Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, et clamorem ejus audivi propter duritiam eorum qui pressunt operibus;

8. Et sciens dolorem ejus, descendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, et educam de terrâ illâ in terram bonam et spatiosam, in terram que fluit lacte et melle, ad loca Chanaanæ, et Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Hevæi, et Jebusei.

9. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me : vidique afflictionem eorum, quâ ab Ægyptiis opprimuntur.

10. Sed veni, et mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Israel, de Ægypto.

11. Dixitque Moyses ad Deum : Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel de Ægypto!

12. Qui dixit ei : Ego ero tecum; et hoc habebis signum, quod miserim te : Cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum.

13. Ait Moyses ad Deum : Ecce ego vadam ad filios Israel, et dicam eis : Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi : Quod est nomen ejus? quid dicam eis?

14. Dixit Deus ad Moysen : Ego sum qui sum. Ait : Sic dicis filiis Israel : Qui est, misit me ad vos.

15. Dixitque iterum Deus ad Moysen : Hæc dicis filiis Israel : Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, misit me ad vos;

9. *Sedet in throno spiritus ejus mitissimus, qui non turbine glomeratur, non nubilo livet, sed est tenera serenitatis, apertus et simplex, quem tertio vidit Elias; nam ubi Deus, ibi et alumna ejus, patientia scilicet; cum ergo spiritus Dei descendit, individua patientia comitatur eum.*

CHAPITRE III.

1. Cependant Moïse conduisit les brebis de Jéthro son beau-père, qui s'appelait aussi Raguel, et qui étoit prêtre du Dieu Tris-Haut dans le pays de Madian; et après avoir passé quarante ans dans cet exercice, ayant un jour mené son troupeau bien avant dans le désert de l'Arabie-Pétrée, il vint à la montagne, qui fut depuis appelée la montagne de Dieu, et qui se nommait alors le mont Horeb.

2. Et étant arrivé à cette montagne, qui est proche le mont Sinaï, le Seigneur lui apparut dans une flamme de feu qui sortait du milieu d'un buisson, et il voyait brûler le buisson sans qu'il se consumât.

3. Moïse dit donc : Il faut que j'aïlle reconnaître quelle est cette merveille que je vois, et pourquoi ce buisson ne se consume point, quoiqu'il soit tout en feu.

4. Mais le Seigneur le voyant venir pour considérer ce qu'il voyait, l'appela du milieu du buisson, et lui dit : Moïse, Moïse. Il lui répondit : Me voici.

5. Et Dieu ajouta : N'approchez pas d'ici sans donner des marques de votre profond respect. Ôtez les souliers de vos pieds, parce que le lieu où vous êtes est une terre sainte.

6. Il dit encore : Je suis le Dieu de votre père, le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, et le Dieu de Jacob. Alors Moïse se cacha le visage, parce qu'il n'osait regarder Dieu, ayant peur de mourir, s'il le voyait.

7. Le Seigneur lui dit : J'ai vu l'affliction de mon peuple qui est en Ægypte; j'ai entendu le cri qu'il jette, à cause de la dureté de ceux qui ont l'intendance des travaux auxquels on les assujettit.

8. Et sachant quelle est sa douleur, je suis descendu pour le délivrer des mains des Égyptiens, et pour le faire passer de cette terre où il habite maintenant, en une terre bonne et spacieuse, en une terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, au pays des Chanéens, des Héthéens, des Amorrhéens, des Phérezéens, des Hévéens et des Jebuseens, que j'ai promis à leurs pères, et dont je veux les mettre en possession.

9. Le cri des enfans d'Israël est donc venu jusqu'à moi; j'ai vu leur affliction et de quelle manière ils sont opprimés par les Égyptiens.

10. Mais venez, et je vous enverrai vers Pharaon, afin qu'il consente que vous fassiez sortir de l'Égypte les enfans d'Israël qui sont mon peuple.

11. Moïse dit à Dieu : Qui suis-je moi, pour aller vers Pharaon, et pour faire sortir de l'Égypte les enfans d'Israël!

12. Dieu lui répondit : Je serai avec vous, et voici le signe que je vous donne pour que vous reconnoissiez un jour que c'est moi qui vous aurai envoyé. Lorsque vous aurez tiré mon peuple de l'Égypte, vous offrirez à Dieu un sacrifice sur cette montagne; et ce sacrifice, qui sera l'accomplissement de la prédiction que je vous fais au jour d'hui, sera en même temps un gage assuré de l'exécution de mes promesses pour l'avenir.

13. Moïse dit à Dieu : Firaï donc vers les enfans d'Israël, et je leur dirai : Le Dieu de vos pères m'a envoyé vers vous. Mais s'ils me disent : Quel est son nom? que leur répondrai-je?

14. Dieu dit à Moïse : Je suis celui qui est. Voici, ajouta-t-il, ce que vous direz aux enfans d'Israël : Celui qui est m'a envoyé vers vous.

15. Dieu dit encore à Moïse : Vous direz ceci aux enfans d'Israël : Le Seigneur, le Dieu de vos pères,

hoc nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum in generationem et generationem.

16. Vade, et congrega seniores Israel, et dices ad eos : Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, dicens : Visitans visitavi vos, et vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto;

17. Et dixi ut educam vos de afflictione Ægypti in terram Chanaanæ, et Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Hevasi, et Jebusei, ad terram fluentem lacte et melle.

18. Et audivit vocem tuam; ingredierisque tu, et seniores Israel, ad regem Ægypti, et dices ad eum : Dominus Deus Hebræorum vocavit nos; ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro.

19. Sed ego scio quod non dimittet vos rex Ægypti ut eatis, nisi per manum validam.

20. Extendam enim manum meam, et percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum; post hæc dimittet vos.

21. Daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis; et cum egrediemini, non exibitis vacui;

22. Sed postulabit mulier in vicinâ suâ et ab hospitâ suâ, vasa argentea et aurea, ac vestes; ponetisque eas super filios et filias vestras, et spoliabitur Ægyptum

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — MOSES AUTEM PASCABAT OVES JETHRO; per 40 annos, quibus in Madian vixit, Moses fuit pastor ovium; totidem deinde annis fuit pastor et dux populi. *Est enim pastoralis ars, inquit Philo, prælatum ad regnum, hoc est, ad regimen hominum gregis mansuetissimâ. Solut potest esse rex usquequaque perfectus, qui bene callat artem pastoriam; et curando minorâ animalia, didicit quomodo præesse debeat, præstantioribus.* Sic Saül pascens asinas, à Samuele unctus est in regem; sic et David ab ovibus ad regnum est vocatus; hinc et Homerus Agamemnonem vocat ποιμαίνων, pastorem populorum.

Triplix hoc quadragenario quasi consecrata est vita Moisis. Vixit enim in aulâ Pharaonis 40 annis; inde fugâ lapsus, pavit oves Jethro in Madian 40 rursum annis, ut patet Act. 7, 30; tertio ex Madian rediens in Ægyptum, dux fuit populi in deserto per 40 ultimos vite sue annos. Ita Eusebius. Mortuus est enim Moses, anno ætatis 120, Deuter. ult.

Quæres quid his 40 annis egerit Moses? — Respondet Philo, primò eum pascendo oves, didicisse pascere et regere populum. Secundò, eum se exercuisse in philosophiâ et sapientiâ. Tertio, studuisse virtutibus, et edomandis animi affectibus. *Vana est enim philosophia, nisi in actionem emanet; uti vana est medicina,*

le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, le Dieu de Jacob m'a envoyé vers vous. Ce premier nom est celui que j'ai de toute éternité, et celui-ci est le nom qui me fera connoître dans la suite de tous les siècles par les merveilles que je ferai en faveur de ces patriarches et de leurs descendants.

16. Allez donc, assemblez les anciens d'Israël, et dites-leur : Le Seigneur, le Dieu de vos pères m'est apparu. Le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, le Dieu de Jacob m'a dit : Je suis venu vers vous, et j'ai vu tout ce qui vous est arrivé en Égypte, et tout le mal que vous y avez souffert.

17. J'ai résolu de vous tirer de l'oppression des Égyptiens, et de vous faire passer au pays des Chanéens, des Héthéens, des Amorrhéens, des Phérezéens, des Hévéens et des Jebuseens, en une terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel.

18. Ils écouteront votre voix; et vous irez, vous et les anciens d'Israël, vers le roi d'Égypte; vous lui direz : Le Seigneur, le Dieu des Hébreux nous a appelés, et nous venons pour être son peuple, et pour lui rendre le culte qui lui est dû. C'est pourquoi moi nous sommes obligés d'aller jusqu'au mont Sinaï, qui est à trois journées de chemin dans le désert, pour y sacrifier au Seigneur notre Dieu, comme il nous l'a ordonné.

19. Mais je sais que le roi d'Égypte ne vous laissera point aller, s'il n'y est contraint par une main forte et par une puissance supérieure.

20. J'étendrai donc ma main, et je frapperai les peuples d'Égypte par toutes sortes de prodiges que je ferai au milieu d'eux; et après cela il vous laissera tous aller.

21. Je ferai en même temps trouver grâce à ce peuple dans l'esprit des Égyptiens; et lorsque vous partirez de leur pays, vous ne sortirez pas les mains vides; 22. Mais chaque femme d'entre vous demandera à sa voisine et à son aïeule des vases d'or et d'argent, et des vêtements précieux, pour la solennité que vous devez célébrer dans le désert. Vous en habillerez vos fils et vos filles, et vous dépouillerez ainsi l'Égypte, pour vous dédommager des maux qu'elle vous a faits, et pour vous payer des services que vous lui avez rendus.

INI MORBUS CURET. Ita et philosophia, ni vitia animæ, inquit Plutarch. Quarto, Moses hinc vacavit orationi et contemplationi, quæ preparatoriam ad Deo ad tantum populi regimen, uti mox patebit. Addit quintò Pererius : Creditur, inquit, Moses tunc scripsisse librum Job, et librum Genesios, et Hebræos in Ægypto oppressos solaretur et confirmaret, tum exemplo patientiæ Job, et tunc conceptu consolationis et felicitatis ejus, tum exemplis patrum Abraham, Isaac, Jacob; tum promissis iisdem factis de liberatione ex Ægypto, et possidenda terrâ Chanaan. Sed de hac re alibi dixi.

JETHRO SOCERI SUI. Hæc verba est lectio; sic enim habent Hebr., Chald., Septuag. et Roman. tam hinc quam c. 4, v. 18, et S. Hieron. contra Helvid. Malè ergo alii legunt : Jethro cognatus sui. Hinc ergo apparet, quod Sephora uxor Moysi fuerit filia Jethro; cùmque eadem cap. 2, v. 21, dicta sit filia Raguel, sequitur eundem esse Raguel et Jethro.

CUMQUE MINASSET GREGEM. Minare est verbum latinum, et proprium pastorum baculo oves dirigentium. Hinc grammaticus :

Pastor oves baculo minat, lupus ore minatur. AD INTERIORA DESERTI. Hebr. post desertum, id est, sequens desertum in posteriora, id est, interiora ejus.